

LEGATVS.

Opus

CAROLI PASCHALII

REGIS IN SACRO CONSISTO-

RIO CONSILIARII ET APVD

Rhætos Legati.

*Alterâ editio non paucis locupletata.*

*Num. Ao. cap. 8.*

*Num. . 28.*

*12*

*14215*



PARISIIS,  
E' Typographiâ PETRI CHEVALIER, in  
monte Diui Hilarij.

M. DC. XII.

*Cum Privilegio Regis.*



INCLYTÆ SAPIENTIÆ VIRO  
NICOLAO BRVLARTO  
SILLERIO GALLIÆ  
CANCELLARIO

*CAROLVS PASCHALIVS S. P. D.*

**A** M I C I iamdiu monuerant,  
Nicolae Brularte Silleri, to-  
gatae militiae decus, ac typo-  
graphus rogauerat vt lega-  
tum meum, qui ferè nusquam compare-  
ret, recognitum luci redderem. Iamque  
operi manum admoueram, & quidem  
rebus turbidis, quæ me in hanc legatio-  
nem missum derepente exceperunt. Nec  
enim clam te est, quot motibus res Rhæ-  
tica per id tempus ageretur. Bene tamen  
erat quod gens diducta regiae maiestatis  
prouisu & munificentia coalescere, cæ-  
dem ego vacuus propemodum esse cœ-





# LEGATVS.

OPVS CAROLI PASCHALII,

REGIS IN SACRO CONSISTORIO

Consiliarij, & apud Rhætos  
Legati.

## CAPVT PRIMVM.

*Legatus definitur & eligitur.*



**L**EGATVS est is qui lectu missuque publico publicum negotium peregre agit, non militari manu, sed eloquio & viribus ingenij. Cùm enim legare sonet mittere, dictumque sit à legendo, legatus vtrumque signat & lectus & mis-

*Varro l. 4. de  
ling. lat.*

sus. Lectum accipio non è medio sumptum, cuiusmodi sunt ij qui primùm publicis muneribus admoventur, sed hinc excerptum, nempe è pluribus lectis vnum aliquem curatiùs enucleatum; eum qui sit

† τῶν ἀρίστων δεινός, καὶ ἀρώτων ἀρώτος. E' talibus cōstare Senatum Areopagiticum testis est apud Xenophontem Socrates. Hippias ille sophista ventosa lingua magis quàm vlla solida eruditione clarus hinc se censerit vult, quod vnus ex omnibus, scilicet, primoribus eligitur in eas legationes quæ mittuntur ad ciuitates.

*Plutar. Sylla  
870.*

*Xenoph. me-  
morab. lib. 3.*

*618. 40.*

*Plato Hipp.  
mai. 281.*

\*Optimo-  
rum opti-  
mus, & pti-  
motū pti-  
mus siue  
princeps.